UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscvrorvm virorvm

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

70. (Appendicis 8.) Magister Maleolus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-976

Visual Library

ex claustro: et multa mala dicunt de eo: quod ego non audeo dicere: et multi ribaldi carministę faciunt sibi versus in vituperium eius, et mittunt cadere in foro, et ecclesia: quod male me habet: ego vellem quod non facerent, ne venirent ex gratia illorum prędicatorum: inter alia tamen ego reperi unum carmen et est tale:

Detractor cleri, fur, profugus atque cinędus
Igne aut perpetuo carcere dignus erat.
Plebanorum osor, gestus imitans muliebres,
Formidans flammas more latronis abit.
Cuius ope ex claustro seducta est magna sacerdos.
Omnia per monachum pessima dęmon agit.

Ecce videte quid illi mali furciferi faciunt, ipsi neminem curant, sed per deum sanctum non facit hoc aliud (ut verissime dixit Alexander) quia semper est de mala consuetudine eorum, quod quicquid fit sic Argentinę, tunc ipsi tractant de eo et faciunt sic carmina de eo. proxime vobis plura scribam de ea re. Valete ex Schletstat.

70. [Appendicis 8.]

Magister Maleolus in Paradiso, Omni verborum ornatu reciso,
Famosissimo Magistro Ortvino: Qui clamat more asinino
Contra poetas et latinos, Nec non Gręcos peregrinos,
Omnium Barbarorum defensori, Et Coloniensium pręconi famosiori.

Mirabiles trufas et egregias nequitias audio de vobis prędicare, magister Ortvine, quas unquam in vita mea nunquam per deum sanctum audivi, quas vos et alii Colonienses magistri nostri (cum supportatione) fecistis honestissimo et doctissimo viro domino Ioanni Reuchlin. et tamen cum audivi, non scivi in tantum mirare, quia cum estis bicipites asini et naturales Philosophi (Vulgo 'naturlich narren, zwenzig zentner vber ein dollen fantasten'), intenditis etiam misere et nebulonice vexare ita pios et doctos viros. tamen super hoc incidit michi una singularis miratio quis vos docuit ita subtiliter pervertere et falsificare ita pias opiniones probissimi hominis. sed ego finaliter cogitavi quod non facit hoc aliud hominum genus quam hoc quod Iudas de testiculis scalpsit, quia patrem sequitur sua proles, ut est Ioannes Pfefferkorn. Et vos omnes estis amici huius, quia 'schlim schlem similis quęrit sibi similem'. Et ergo ad furcas cum vobis omnibus, ad quas perducat vos lictor cum sociis suis, vobis

17 *Editores inde ab a. 1599. usque ad a. 1858. non animadvertentes hos versus pro inscriptione epistolæ positos esse, post eosdem hanc inscriptionem posuerunt:* Rupertus Cuculus M. Ortvino Gratio. *et nomen* Maleolus *versus primi mutarunt in* Cucnlus. 38 fantaſten (Intenditis *5.* 33 quam hoc *omis. 5. primum habet ed. a. 1599.* 35 Vobis *5.*

dicentibus 'Orate pro nobis'! Sed quamquam quoniamquidem illa omnia vera sint et ideo vobis singulariter ad manus proprias illa scribo, possitis etiam aliis dicere qui vobiscum sedent in hac Cathedra pestilentię, ut dicit Psalmus. Et ne illa veniant in publicum, quod omnis homo sciat quid retro vos est: sed ad omnes sanctos michi incidit una scrupulatio, et timeo quod Impressor furavit michi unam copiam de epistola, et si sic est, tunc iuvat vobis deus: tunc ego non possum resistere: sed tamen ego volo vobis bonum consilium dare: Orate solum Octo dies continue flexis genubus et invocate ieiunus sanctam Helenam quę invenit Crucem Domini nostri Ihesu christi. Tunc iterum ero invenirę illam epistolam. Tunc vos iterum bene stabitis. Ecce videte quod illa omnia facio vobis ex charitate Fraterna, sicut omnes sumus fratres, et omnia facio vobis quod etiam homines tenent aliquid de vobis. Valete ex Heydelberga apud Claudicantem Lipsium qui sinit unum sibi cum naso in culum currere. O utinam vos etiam essetis cum illo! tunc non opus esset vobis disponere unum brillum, Quia ipsi dicunt quod gratis accommodat uni.

Hoc opus eſt Impꝛeſſum Berne
Ubi quatuoꝛ pꝛedicatoꝛum Lucerne:
Illuminauerunt totam Suitenſium regionem
Anteqꝫ Hochſtat vexauit Ioannē Capnionem

---

[4] Q' *5.* [15] illo. Tunc *5.* [16] . Quia *5.* accōmdat *5.* [17] *Hi quattuor versus finem faciunt exemplo 5.* [20] Hochstat *sic 5.* *Ex recentioribus exemplis iam id quod a.* 1556. 16°. *editum est, in fine hæc habet:*

Romæ Stampato con priuilegio del Pa-
pa, & confirmato in lugo, qui
vulgo dicitur, Bel
vedere.